

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Caro siue corpus d
cum fontibus primis

Corporis debilitas nimia etiam uires
anime frangit, mentis
quoque ingenium marcescere facit.

Quicquid cum modo et temperamento
fit, salutare est.

Optimus in omni re
modus, laudabilis ubique mensura.

Ieronymus in epistola quadam.

Corporis debilitas nimia etiam uires
animae frangit, mentis
quoque facit ingenium marcescere,
nec ualet quicquam boni per
inbecillitatem perficere. “Ne quid
nimis,” nam
quicquid cum modo et temperamento fit,
salutare est; quicquid autem nimis et
ultra modum est, perniciosum fit
studiumque suum in contrarium uertit.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 2, 44,
15-16 (CCSL 111, P. Cazier ed., p.193,
ll.76-82).

Optimus est in omni re
modus, et laudabilis ubique mensura.

Pelagius, *Epistola ad Demetriadem*, 21
(PL 33, col.1114).